



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ivliana Virg. 19. Junij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

306 VITÆ S A N C T O R U M . 19. Iunij,
tam visæ, in quibus suos pulchro ordinè ad celum
vidit conniti. Neque dubitarunt nobilissimi qui-
que proceres ex aulâ Ott. II k. Imp. hâc viâ celum
petere. Ipse Imp. Romam abiturus, post redditum
iissem accessurum se spopondit. Sed ROMVALDVS
illa subjecit. Si Româ videbis, Ravennam ultimum
vidisti. Nec se felicit. Redeuntem mors ex itinere
insidiis suis exceptit, documento futurum iis; qui
cùm mundo exire laborant, iter tamen differunt,
aut viarum ambages querunt, cùm compendia
haberent. Ad Cæsarem quoque Henricum cùm
venisset ROMVALDVS, velut ad prædam accursus
aula, vestemque ejus pelliciam diripiens, ostendit
quanti virum facet; è cujus veste unicum pi-
lum tanti fecit. Henricus ipse in eam vocem
erumpere auditus est: O anima hec mea domiciliū
tuum haberet corpus! Audi orbis. Cæsaris anima
non creditit augustiū se posse habitare, quād
religiōsi hominis' corpusculo. Ex Brev. Rom. & Sur.

Mors non miseratur in opiam, non divitias re-
turn, non generi cuiuslibet, non moribus, non ipsi de-
nique parcit et at: nisi quod senibus in januā, ado-
lescentibus in insidiis est. S. Bern. l. de Perf. suffit. c. 4.

S. I V L I A N A V I R G . 19. Iunij.

Nimirum etiam hæc rosa Florentiæ debet
tur, ubi ordo Servorum VIRGINIS flo-
re aulae mancipia! quid ad hæc VIRGINIS servitu-
vos? eja discite saltē honestam servitutem servi-
re, neque Virginem erubescite Magistram in ei-
ate habere, qui Palladem MARIAM salutatis. Fui
IVLIANA è nobilifamilia (Falconeriam dixerit) sed
in servitium MARIAE à teneris abducta. Hebo-
mas illi sic agebatur, ut feriâ IV. itemque VI. ob-

Chir.

LXXX

Christi patientis memoriam nihil omnino cibis;
sabbatho panem tantum, & fontanam admireret.
Interea tamen animum cœlesti pâne pascebat, pin-
cernis oculis metas lacrymas affundentibus; Chri-
sti tormenta quâm altè animo infixa gestarit, mors
probavit, quæ in adverso pectori manifestam Ser-
vatoris à cruce pendentis imaginem ostendit, uti-
que illi similem, quam vidisses, si cor inspexisses.
Cæterum multis jejuniis exhausta stomachi dolores
contraxit ingentes, & ultimam ciborum nau-
seam. Et vero terrena, ut quæ nunquam illi sapie-
bant, facile neglexit; at divinum cibum cum sic
ægra non posset accipere, fame scilicet credebatur
ante mortem moritura. Voluit tamen in conspe-
ctum afferri Angelorum ferculum, saltem ut ocu-
los familiæ pauperet. Nec contenta jussit pectori
applicari. Tum denique inter risum blandum ex-
piravit, & ut scires saturam abiisse à mensa sacra,
nihil ex epulo sacro reliquum esse vidi m est. Ex
Terrar.

Scit quicunque sensum Christi habet, quantum
pietati Christianæ expedit, quantum Dei servum
& servum Redemptoris Christi deceat, una saltem
aliquâ diei horâ Passionis & Redemptionis ipsius
recolere beneficia. S. Bern. l. de Vit. solit.

S. MICHELINEA. 19. Iunij.

Laborabat MICHELINA Pisaurensis eodem
quo matres pleræque, morbo, impotenti erga
unicam prolem affectu: ei medicinam facere Sy-
riana piissima femina cum veller, totumque con-
tubernalis amorem Creatoris affigere, diu frustra
fuit: donec inter preces MICHELINA immutata,
animo ausa est cum Deo pacisci, si filii curam in se
cccc-